Allegorice ✓ Illi nō cognouerūt: Sed tu O a ¶ Domine/exaltare: id ē in gloria resurge: et ascende in cęlum. b ¶ In virtute tua: id est in ostēsione virtutis tuę. Vel/ In virtute tua: nō in alterius virtute vel auxilio: sicut alij qui resurgent a mortuis et ascendent in cęlum: sed non in virtute sua: sed dei: ꝓm q̃ dicit: Ascensio christi et assumptio beatę virginis: quia christus pro pria virtute ascendit: et ipsa virtute dei et ministerio angelorum est assumpta: Tu ergo exaltare: et nos c ¶ Cantabimus: ore: d ¶ Et psallemus/ore: e Virtutes tuas: id est miracula tua. Hoc pręcipue in persona apostolorum proprie dicitur: qui etiam in ipsa ascensione iubilauerunt deo: ꝓm q̃ dicitur in Ps̄. Ascendit deus in iubilatione. Et postea prędicauerunt vbiq̃/ & virtutes fecerūt: dño cooperāte et sermonē cōfirmāte sequētib⁹ signis.

a Exaltare dōmine in virtūte tua: cāntabimus et psallēm⁹ virtūtes tuas.

¶ In finē psalm⁹ dauid pro susceptione matutina.

Ps. 46. Dani. 16. d.

Doraliter ✱ Silio apostoli quod ibidem pręmittit: Habentes alimenta & quibus tegamur/ his contenti simus. Vel de futuro sic: In reliquijs tuis ꝛc̄. Reliquię domini sunt infernus & terra. Deus enim est lux/ & reliquię lucis sūt tenebrę: De quibus Matth. xxv. c. Inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores. Et bene dicūt exteriores: quia extra deum lucem. In his reliquijs siue ad has reliquias pręparabit dominus vultus malorum: quando in die iudicij separabit oues ab hędis: statuens oues a dextris: hędos autem a sinistris: Et cum dicet: Esuriui & non dedistis mihi mādūcare/ sitiui & nō dedistis mihi potum ꝛc̄. Vultum eorum: non nominat aliquem sensum determinate: sed simul omnes sensus. Visus enim erit in tenebris: ꝓm illud Esaię. lix. b. Impegimus in meridie quasi in tenebris/ in caliginosis quasi mortui ꝛc̄. Auditus erit in clamore horribili: ꝓm illud qd̄ ibi sequit Esaię. lix. b. Rugiemus quasi vsi omnes. Et Sophonię. j. c. In die illa dicit dominus: vox clamoris a porta piscium & vlulatus a secūda. Odoratus erit in fetore: Apocl. xix. d. Missi sunt in stagnū ignis ardentis & sulphuris. Gustus in amaritudine maxima. Hiere. ix. e. Ego cibabo populū istum absinthio: & potum dabo eis aquā fellis. Tactus erit ī ardore. Esa. xxxiij. b. Quis poterit habitare de vob cū igne deuorāte: Aut q̃s habitabit ex vob cum ardoribus sempiternis: a ¶ Exaltare domine. Conclusio est iusti desiderantis retributionem bonorū: Exaltare domine/ christe. b ¶ In virtute tua: iudiciaria potestate. Esa. v. d. Exaltabit deus in iudicio/ & deus sanctus sanctificabit in iustitia/ quā sumet de malis. Et nos. s. iusti introducti ad nuptias: c ¶ Cantabimus et psallemus virtutes tuas: id est te & virtutē tuam laudabimus in ęternū.

Ps. 83. Ps̄. Beati qui habitant in domo tua domine: in sęcula sęculorum laudabunt te.

¶ Expositio Ps̄. XXI.

O Eus deus meus ꝛc̄. Titulus. In finem psalmus dauid pro assūptiōe vl susceptiōe matutina: seu ꝓ cerua matutina. Sup̄ egit ꝓ phęta de multiplici gratia christi: et in fine de gloria ascensionis eius. Sed quia hāc meruit per passionem suam: ideo hic agit de passione christi. Titulus patet vsq̃ ibi: Pro assumptione ꝛc̄. Et est sensus: Psalmus iste tendens: in finem est dauid: id est christi/ agentis pro assumptione matutina: id est de passione/ in qua orauit ꝓ resurrectione mane facta. Et ideo dicit: pro assumptione/ non de: vel ꝓ cerua matutina: idē est sensus. Hūanitas christi cerua matutina dicitur: quia sicut cerua mane surgit ad pascua/ transiliens vt pote leuis/ spinosa & lutosa: sic christus carens pōdere peccati/ cito transilijt spinosa diuitiarum/ & lutosa delitiarum huius vitę: mane surgens ad pascua cęlestia. Psalmus iste primus est inter eos/ in quibus aperte & pfecte de passiōe christi agit. Et dicit Cassiodorus q̃ quinq̃ sūt psalmi tales ī hoc numero editi: in figura sāguinis christi q̃nquies effuso. Primo ī circūcisione: Lucl. ij. c. Secundo in sudore sanguinis: Lucl. xxij. c. Tertio in flagellatione: Job. xix. a. Quarto in fossiōe manuum et pedum. Quinto in apertione lateris. De his duobus habet ī eodē capitulo Job. xix. Prima effusio fuit in signum. Secūda in exemplum. Tertia & quarta in pręmium. Quinta in institutione sacramentorū. Et ideo missa in quinq̃ partes diuidit. Prima pars est vsq̃ ad euangelium: et quatuor silentia q̃ sequūtur: quartuor alias partes distinguūt. Item canon ī q̃nq̃ partitus est. Prima pars vsq̃ ad/ Qui pridie. Secūda vsq̃/ Memento. Tertia vsq̃/ Pręceptis. Quarta vsq̃ ad/ Embolismum. Quinta vsq̃/ Libera nos domine. Et dicitur embolismus/ quasi superexcrescens: quia superaddita est orationi dñicę. Est q̃ materia hui⁹ psalmi/ christi passio. Modus. Tripertit⁹ est psalm⁹. Primo p̄ mittitur conquestio de derelictione dei: & pręter hoc oratio. Secūdo describit passio & petitur resurrectio: ibi: Circūdederunt me vituli multi. Tertio fructus et vtilitas passionis ostēditur: ibi: Narrabo nomen tuum. Agens ergo primo de passione: petit gloriosam resurrectionem. Primo captans beniuolentiam iudicis/ dicens: f ¶ Deus: omniū. Allegorice per creationem. g ¶ Deus meus: per specialem cultum: q. d. qui potes/ quia deus: & vis/ quia deus meus: h ¶ Respice in me: id ē vide afflictionē meā. Loquitur enim quasi pendens in cruce. Et dicit Hieronym⁹ q̃ dominus in passione cecinit hunc psalmum: & sequentes vsq̃ ad versum illum: In manus tuas cōmendo spiritum meum ꝛc̄. Cū ergo dicit: Respice in me: sic afflicto latenter innuit se petere resurrectionē: Sicut pauperes/ quādo dicunt trāsēūtibus: Respicite in nos: volunt dicere: visa nostra miseria moueat vos ad dandum nobis elemosynam. Post orationem conqueritur/ dicens: i ¶ Quare me dereliquisti. i. pęnis exposuisti: ✓ Longe a salute

Doraliter

¶ Doraliter/ potest exponi vt loquat in persona cuiuslibet fidelis/ dicens: f ¶ Deus: creando. g Deus meus: redimendo: quia in redemptione datus fuit nobis. Job. xij. b. Sic deus dilexit mūdum/ vt filiū suū vnigenitū daret: vt oīs q̃ credit ꝛc̄. Propē h dic̄: Deus. h ¶ Respice in me

Multipliciter
- Per incarnationem.
- Per gratię infusionem.
- Per flagellationem.
- Per approbationem.

De primo in Ps̄. Vsq̃quo domine obliuiscēris me in finē: vsq̃quo auertis faciem tuam a me. Lucl. j. g. Visitauit et fecit redemptionē plebis suę. De respectu gratię. Lucl. xxij. g. Conuersus dominus respexit petrum. Sap̄. iiij. c. Gratia dei et misericordia est in sanctos eius/ et respectus in electos illius. De respectu disciplinę vel flagellationis. Osee. iiij. c. Non visitabo super filias vestras cū fuerint fornicatę: et sup spōsas vras cū adulterauerint. De respectu approbationis. Gen̄. iiij. a. Respexit dñs ad abel & ad mūera ei⁹: ad cain aūt et ad munera illi⁹ nō respexit. i ¶ Quare me dereliq̃sti:

Ps̄. 12.

Dñs derelinquit
- Exponendo culpę. Ps̄. Quoniā nō derelinquet sc̄ōs suos: in ęternū ꝓseruabūt. Et alibi. Nō vidi iustū derelictū. — Ps̄. 36. — Ibidem
- Exponēdo pęnę. Esa. liiij. b. Ad punctū in modico dereliqui te: et in miserationibus magnis congregabo te.
- Nō apponēdo gratiam vel subtrahendo eam. Esaię. l. a. Quis est hic libellus repudij matris vestrę quo dimisi eam: aut q̃s ē creditor me⁹: cui vēdidi vos:
- Suspendēdo flagella. Ęzech. xvj. e. Auferetur ęlus meus a te & quiescam nec irascar amplius.
- Pę ne ęternę tradendo. j. Paral. xxviij. c. Si dereliq̃ris eū ꝓijciet te in ęternū.

✱ Longe ꝛc̄.

Allegorice ✠ a Longe a salute mea: Et hoc fm opinionē iudęorꝫ. Et merito quęrit: quare. Propter tres rationes. q. d. ꝗre me crucibus iudęorꝫ exposuisti: cum sine peccato essem: Esa. liij. c. Eo q̃ iniquitatē nō fecerit: neq̃ dolus fuerit in ore eius. Unde ⁊ pilatus rndit iudęis: Job. xviij. a. Ego nullā in eo inuenio causam. s. mortis. Itē cum multa bona eos docuerim: Matth. xxvj. e. Tanq̃ ad latronē existis cum gladijs ⁊ fustibus cōprehēdere me: ꝗtidie apd vos eram docēs in tēplo ⁊c. Item cum multa bona fecerim eis. Job. x. f. Multa bona opera ostendi vob ex patre meo: ppter quod eorum me lapidatis. Post quęstionē ponit solutionem: scz quia hoc peccatū humani generis exigebat, vt pro nobis pateret: Hoc est b Verba: id est clamor: c Delictorum: id est peccatorum: quę sunt: d Meorū: scz hominū, supple hoc exigebant. Esaię. liij. c. Propter scelus populi mei pcussi eum. Vel fm istū eūdem sensum, planius potest cōstrui sic: Deus deus meus: quare me dereliquisti: sicut supra. Et subdit responsionē: Longe a salute mea verba delictorū meorū: id est clamor peccatorꝫ hominū, elongat a me salutē scz corporis: id est exigit vt patiar in corpe: vt supra dictū est. Vel sic in alio sensu: Deus deus meus respice in me: ꝗre me dereliquisti: Hoc nō mutat: Et subiūgit rationē ꝗre: Ecce: Longe a salute mea: id est ideo me dereliqsti: quia tu es longe a salute mea. i. meorum membrorū infirmorum p peccatū: quia longe a peccatoribus salus. Et post addit: Verba delictorū meorū: supple hęc sūt. q. d. qd dixi dereliquisti: et longe a salute mea: non sūt mea, in ppria psona: quia tu nunq̃ me derelinquis: sed sūt delictorꝫ meorum: id est ppter delicta eorum qui sunt mei: vt sit transitio inter duos genitiuos fm q̃ ⁊ ante lectū est. e Deus meus clamabo. Supra habitū ē de oratione ⁊ cōquestione: hic aūt ponit materiā orationis. s. quid oret: Deus meus clamabo, ad te in psona meorꝫ. f Per diem, psperitatis: vt nō recedat. Alt, Per die. i. ppter die: vt veniat. h Et nocte, adversitatis, vt nō veniat: vel si iā affuerit vt recedat. Hoc modo in psona membrorꝫ suorū ex sensualitate orabat. Matth. xxvj. d. Si possibile est: trāseat a me calix iste. Adhuc quasi in prosperitate erat: sed ī fortibus erat tribulatio: qz statim appropinquauit qui eum tradidit iudas: ⁊ cū eo turba multa cū gladijs et fustibus: vt ibi legitur. De hac die psperitatis, dicit Ps. Ab altitudine diei ego timebo. Et Hiere. xvij. c. Diem hois non desideraui: tu scis. De nocte. Ps. Per die sol non vret te: neq̃ luna per nocte. Job. xxxv. c. Qui dedit carmina ī nocte. g Et licz sic clamē: tn nō exaudies. Cōtrariū inuenit Heb. v. b. vbi dicit q̃ exaudit est in omnib p sua reuerentia. Solutio. Exauditus est in omnib quę petijt ex ratione nō ex sensualitate: Et supra diximus, q̃ hic petit ex sensualitate: ⁊ in psona infirmorū: Dico q̃ nō exaudies: Et hoc erit i Non ad insipientiā mihi: sed ad sapientiā. s. vt sapiēter p humilitatē passiōis redimā hominē lapsum p superbiā. Job. xxvj. d. Prudentia eius pcussit superbū. Eccē. ix. d. Ciuitas. s. ecclesia, parua: ⁊ pauci in ea viri: venit cōtra eam rex magnus: scz diabolus ⁊c. inuentusq̃ est in ea vir. s. christus, sapiens ⁊ pauper, liberauit vrbem per sapientiā suam. k Tu autē in sancto habitas. Cōtinuatio. Dico q̃ nō exaudies vt liberes me ꝗn patiar: sed tamē sp mecū eris ⁊ cōfortabis me. Hoc est qd dicit: Tu autē O laus israel: id est quē laudāt videntes ⁊ cogscentes eū: ⁊ p quē laudabiles sūt. m Habitas, pmanenter: l In sācto. i. in me qui sum sanctusanctorū. Job. xiij. b. Pater autē in me manens, ipse facit opa: nō creditis qz ego ī patre ⁊ pater in me est: n In te sperauerūt. Cōtinuatio. Vere tu q̃ habitas in scto. s. in me, confortabis me. Probatio. Per locū a minori: qz patres antiquos confortasti: ergo multo fortius me. Hoc est: In te sperauerūt patres nostri: fm carnem. Nec frustrati sunt a spe sua. Unde sequitur: o Sperauerunt ⁊ liberasti eos: vt populum israel de egypto: Exo. xiij. g. Danielem de lacu: Daniel. xiij. g. Tres pueros de camino. Daniel. iij. f.

✠ Ad te clamauerūt

✠ a Longe ⁊c. Hic respondet suę quęstioni. b Verba. i. clamor. c Delictorū meorꝫ: longe sunt: vel facūt me longe esse: a salute mea: id ē a te qui es salus ⁊ saluator meus. De isto clamore. Esai. liij. b. Vox sāguis fratris tui clamat ad me de terra. Et Gen. xviij. c. Clamor sodomorū ⁊ gomorreorꝫ multiplicatus est: ⁊ peccatū eorꝫ aggrauatum est nimis. Hęc verba siue clamor elongāt nos a deo: sicē dicit Esa. lix. a. Iniquitates vestrę diuiserūt inter vos ⁊ deū vestrū. Vel sic: Verba delictorū meorū: videlicet parētū: Euę, dubitatiue respōdētis: Ne forte moriamur: Et adę excusātis: ⁊ pctm ī deū retorquētes: Mulier quā dedisti mihi ⁊c. Gen. iij. a. et. c. Lōge a salute: Hoc nō mutat. e Deus meus clamabo. q. b. licet sim longe: tamē clamabo ad te: qz es deus meus. Job. xiij. c. Si occiderit me, in ipso sperabo. Ps. Clamabo ad deū altissimū, deū q̃ bnfecit mihi. Clamabo, inq̃t: f Per diem ⁊ nō exaudies: ⁊ nocte, similit, clamabo: ⁊ tamē nō exaudies. Clamandū est ad deū p die ⁊ nocte ad litterā: vt sine intermissione orek. j. Thessal. v. d. Sine intermissione orate. Itē Per die ⁊ nocte. i. ī die gratię, ⁊ nocte pctī. Itē Per die et nocte. i. in psperitate ⁊ aduersitate. Et licz sic clamet hō: tamē q̃nq̃ nō exaudit eū deus. Et sunt multę causę, quare non exaudit deus hominē. Primo ppter petētis indiscretionē. Matth. xx. c. Nescitis quid petatis. Secūdo ppter petētis dubitationē. Jaco. j. a. Postulat in fide nihil hęsitans. Tertio ppt eius pro quo petit idignitatē. Hiere. xv. a. Si steterint moyses ⁊ samuel coram me: nō ē aīa mea ad pplm istū. j. Regl. xvj. a. dixit dominus ad samuelē: Usq̃quo tu luges saulē cū ego piecerim eū ne regnet sup israel: Quarto ppter petētis indignitatem: Esa. j. d. Cū multiplicaueritis orationē nō exaudiā: manus eē vestrę sanguine plenę sūt. Quinto ppt inutilitatē eius qd petit. Unde Paulus nō ē exaudit de amotione stimuli. ij. Cor. xij. c. Aug. Mlta bona p̄stant īuitis, qm eorꝫ psulit vtilitati nō volūtati. Sexto ppter hoc q̃ petit malū: vt qm ds petit focariam, vel vindictā, ⁊ hmōi. De tali dicit Ps. Oratio eius fiat in peccatū. Propter hoc ꝗ dicit: Nō exaudies. Et qz vir iust cū se nō exaudiri videt: nō ppter hoc blasphemat: sicut facūt mali: sed ppter aliquā causam p̄dictam se nō exaudiri cognoscit: Ideo addit: i Et nō ad insipientiā mihi: sed potius ad eruditionē. Unde Greg. Clamantē me nocte cōtinuo nō exaudis: qz vis me in tpali tribulatione q̃si deseris, inde ad ęternā sapiētiā plus erudis. Unde bn sequit: k Tu aūt in sancto habitas laus israel. q. d. si me nō exaudis: nō ppter b blasphemabo: dicēs: q̃ nō cures de tuis: scz potius te laudabo: instructus p b q̃ etsi nō remoues tribulationē: tn es cū sanctis ī tribulatione. Hoc aūt ē: Tu aūt o laus israel. i. o deus quē laudat ⁊ laudare dz q̃ te cogscit. m Habitas: p gratiā: l In sācto. s. in eo q̃ ē sine ira. i. sine irenorꝫ cupiditate vel amore: licz videat stultis q̃ deseras eos ⁊ obliuiscaris. n In te sperauerūt. Adhuc ostēdit q̃ nō debet desperare si nō audiat: per b, q̃ dns audiuit pres antiqs. d. q. hęc est mihi cōsolatio q̃ eos audisti, qm expediuit eis: qz ex b cognosco q̃ ⁊ nūc me audires si scires mihi expedire: qz in te nō stat. Et nota q̃ b ponit ter: Sperauerūt: ⁊ semel clamauerūt: qz tria sunt sperāda a deo: ⁊ pro quolibet eorꝫ est clamandū. s. venia, gratia, gloria: vt sit spes venię pma: spes grę secūda: spes glorię tertia. Et ponit etiā tria ꝓba q̃ rndet huic triplici spei. s. liberasti eos: salui facti sūt: nō sunt cōfusi. Liberasti eos: a pctō p veniā. Salui facti sūt: per gratiā. Nō sunt confusi: p gloriā: quam assecuti sūt. Et p his omnib necesse est orare dominū. Unde interponit

✠ Ad te clamauerūt

Doz aliter

Alt. teruisti

Ps. 56.

Ps. 118.

Matth. 26. c.

Ps. 55.

Ps. 120.

Deus nō exaudit ppt multas cā

Ps. 108.

Tria sunt sperānda a deo

Allegorice a ¶ Ad te clamauerunt: per orationē deuotam in necessi/ratibus suis: sicut.ij. Paral'.xx.c. dixit iosaphat: Cū ignoremus quid facere debeam⁹: hoc solū habem⁹ residui vt ad te oculos nostros dirigamus. b ¶ Et salui facti sunt: euadentes man⁹ inimicorū. Nec solum salui: sed victores effecti sunt. Unde addit: c ¶ In te speraverunt: cōgredientes cuz hostibus: d ¶ Et ideo non sunt cōfusi: quia sperauerūt in te/nō in se. Unde dauid dixit philisteo j. Regū.xvij.f. Tu venis ad me cū gladio ⁊ hasta ⁊ clypeo: ego autē venio ad te in nomīe domini exercituū dei agminum israel. Judith.vj.d. Mō derelinquis p̄ę/sumentes de te: ⁊ p̄ęsumentes de se et de sua virtute gloriantes/humilias.

a Ad tē clamauerūt ⁊ salūi facti sunt: in tē sperauerunt et
c
d non sūt cōfusi. Egō aūt sum
f
g vermis ⁊ nōn hō: opprobriū
b hominū et abiēctio plebis.

Moraliter * a ¶ Ad te clamauerūt. Hęc oīa possūt notari alibi in Pś.36. Pś. Reuela domino viam tuam.s.in cōfessione: ⁊ tunc spera in eo.s. spe venię/ spe gratię/ spe glorię. Et sequit de illis tribus: Et ipse faciet/ ⁊ educet quasi lumen iusticiā tuā: ⁊ iudiciū tuū tāq̄ meridiē. Mō dic q̄d faciet: vñ intelligēdū est de p̄po eius officio: qō est misereri: hoc est dare veniā: Et educet q̄si lumē iusticiā tuā/dādo grāz: Et iudiciū tuū tanq̄ meridiē: qñ de iudicio te ducet ad lucē ꝑpetuā dādo gloriā. Et de oratiōe subdit: Subdit⁹ esto dñō: ⁊ ora eū. Hoc est qō dicit hic: Ad te clamauerūt: scz in orōne. In orōne autē sunt multę circūstantię/ q̄ notank in hoc in versu. Ad quē/quis clamet/cur/quō/qñ/quid/vnde. Ad quē: qz ad deū. Unde hic dicit: Ad te. Et alibi: Ad dñm cū tribularer clamaui. Quis: qz iust⁹ debet esse. Pś. Clamauerūt iusti ⁊ dñs exaudiuit eos. Et alibi: Oculi dñi sup iustos: ⁊ aures eius in p̄ces eorū. Cur: scz ꝑpter lumē gratię. Uñ Luc.xviij.g. Cęcus clamabat: ⁊ dño quērēti: quid vis vt faciā tibi: Respondit: Dñe vt videā. Quō: corde/ore/opere. j. Corinth. xij.a. Nemo potest dicere dominū iesus/nisi in spiritusancto. Ibi Glo. Nemo quantuscūq̄ potest dicere vere: id est cogitatiōe/verbo ⁊ opere/ Ecce illa tria. Quādo: maxime in tribulatiōe. Osee.vj.a. In tribulatiōe sua mane cōsurgent ad me. Quid: scz vitam ęternam. Pś. Unam petij a domino hanc requirā ⁊c. Job.xvj.e. Usq̄ modo non petistis quicq̄ in nomine meo: petite et accipietis vt gaudium vestrū sit plenum. Unde: ex corde/accenso charitate. j. Corij.xiij.a. Si linguis hominū loquar ⁊ angelorū: charitatē autē non habeā/factus sum velut ęs sonans/aut cymbalū tinniēs.

Pś.36.
Pś.119.
Pś.33.
Circūstantie oationis
Ibidem

Allegorice c ¶ Ego autem sum vermis. Supra dixerat christ⁹ se nō desperare: licz non esset exauditus in petitione quam fecit ꝓm sensualitatē: Sed se innuit a patre confortandum/per locum a minori: quia patres antiquos cōfortauerat deus: Hic autem prosequit illud/ostendens se maiorem illis patribus in natura et in merito. Jn natura: quia deus ⁊ hō. Jn merito: quia plura passus. Dicit ergo: Ego sum vermis. Ego/cum pondere legat.q.d.ego in propria ꝑsona: Cum em̄ ante loquerer in persona membrorū/dicens: Deus me⁹ clamabo ⁊c. non dixit ibi: Ego. Ego ergo in persona propria: sum vermis: id est sine coitu et semine natus de terra: scz beata virgine: de qua Pś. Terra nostra dabit fructū suum. Non dixit reddet: sed dabit: Si enim semen suscepisset/ tunc fructum reddere et nō dare dici debuisset: Sz qz semē nō suscepit/fructū quē protulit/nō reddere/sz dare dicta est. Jn hoc q̄ q̄ se vocat vermē: ostendit se maiorē antiq̄s patrib⁹ in natura: sed in natura humana. Jn hoc aūt q̄ dicit postea: f ¶ Et nō hō: ostendit se eis esse maiorem in natura diuina: id est per naturā diuinam quā habet ipse ⁊ non ipsi. Est em̄ sensus: Ego sum vermis et non homo/tm̄ supple: sed etiā de⁹. Sic legit hoc in bono de laude vtriusq̄ christi naturę. Qd aūt sequitur: g ¶ Opprobriū hominū ⁊c. cōmendat ei⁹ meritū: scz qz hęc passus ē ex obediētia. Uel etiā hoc: Ego sū vermis ⁊ nō hō/pōt legi de merito ei⁹: sic.s. Ego/filij⁹ dei cōsubstātialis patri: Sū vermis: id est ita vilit cōculcat⁹ vt vermis: Et nō hō: id est ita viliter ⁊ intantū sicut nō essem hō. Post specificat et enumerat illa quę passus est: in q̄bus maior fuit antiq̄s patribus quātū ad meritū. Opprobriū hominū: id est peccatorū. Est aūt opprobriū: q̄ndo turpe aliq̄d hoī imponit: vt cū dicebant iudei christo: Dęmoniū habes: Job. viij.f. Et Matth.xij.b. Hic nō eijcit dęmonia nisi in beelçebub prinçipe dęmoniorū. h ¶ Et abiectio plebis: scz iudęorū: qñ eo abiecto petierūt barrabā. Luc.xxiij.c. Tolle hunc et dimitte nobis barrabā. Et nota q̄ christus dicitur vermis propter multa. Primū est id quod diximus: scz ꝑpter nascendi qualitatē. Secūdo ꝑpter mollicię. ij. Regū. xxiij.a. Dauid sedens in cathedra sapientissim⁹ inter tres: ipse est quasi tenerrim⁹ ligni vermicul⁹. Dauid christ⁹: inter tres ꝑsonas. Tertio: qz vermis hyeme trāsacta egredit de tra: Sic christus de virgine transacta hyeme infidelitatis. Cant. ij.c. Hyems abijt ⁊ recessit. Esa.xlv.b. Aperiat terra ⁊ germinet saluatorē. Quarto: qz verme inescant pisces: sic diabolus inescat⁹ fuit: q̄ qñ credidit glutire vermē hūanitatis christi: captus fuit hamo diuinitatis. Job.xl.d. An extrahere poteris leuiathā hamo? Quito ꝑpt vilitatē ⁊ cōculcationē: vt p̄dictū ē. Esa.liij.b. Reputauim⁹ eū quasi leprosū ⁊ pcussū a deo ⁊ hūiliatū ⁊c. Et Esa.l.c. Corp⁹ meū dedi percutiētib⁹: ⁊ genas meas

Christ⁹ dicitur vermis ꝑpter multa

Moraliter: Christus hodie sicut in passiōe potest dicere: e ¶ Ego sum vermis ⁊ nō homo. i. ita vilipēsus ⁊ cōculcat⁹ a peccatorib⁹ sicut vermis: qz nec homini auderēt facere q̄d mihi faciūt/ ⁊ in me ⁊ in mēbris. Unde cōquerit ꝑ Hiere. xv.c. Uę mihi mat̄ mea: vt q̄d me genuisti viruz rixę/virum discordię in vniuersa tra? Oēs maledicūt mihi/dicit dñs. Et Heb. vj.a. Rursuz crucifigēt̄ eos sibimetipsis filiū dei: ⁊ ostētui habētes. Sed ipse erit eis vermis ligni/ꝓm aliā ꝑpietatē. Dicit em̄ q̄ verme illo nihil mollius cū tangit/nihil duri⁹ cū tangit. Ipse tanget eos acumine oris sui/dicens: Ite maledicti ī ignē ęt̄nū: quos modo ꝑ patiētiā molliter sustinet: cū eū tangūt ꝑsequētes ꝑ pctm̄. Ipe em̄ ē patiēs redditor: Eccli. v. b. Ipse: ecce vermis. Patiēs: ecce mollicies. Redditor: ecce duricia. Heb. x.e. Irritā q̄s faciēs legē moysi/sine vlla miseratiōe duob⁹ vl' trib⁹ testib⁹ morit: q̄nto magis deteriora putatis mereri supplicia q̄ filiū dei cōculcauerit: ⁊ spiritui gratię cōtumeliā fecerit? Ecce ⁊ de mollicie/q̄ ꝑmittit se tangi ⁊ cōculcari: et de duricia/qua tanget in fine. Filium dei cōculcat: vt dicit Glo. qui eum vilipendit: quod facit qui p̄cepta eius omittit ⁊ cōsilia ꝓtēnit. Spūi gratię cōtumeliā facit: vt dicit Glo. q̄ eū male viuēdo a se abijcit. Ite de his duobus Pś. Supra dorsum meū fabricauerūt peccatores: ꝑlongauerūt iniq̄tatē suā/Ecce dei mollicies cū tangit: Dñs iust⁹ cōcidet ceruices pctōr ⁊c. Ecce duricia cū tāget. Postea tria genera hoīm pctōr innuit a q̄b⁹ passus ē.s. p̄ncipes seculares: hoīes ꝑlares/p̄lati ecclęsiastici/ ⁊ doctores. Uñ dicit: g ¶ Opprobriū hoīm.s.maior. h ¶ Et abiectio plebis.i.minorū.

Moraliter
Pś.84.
Matth.25.d
Pś.128.
Moralit in ꝑsona christi
Patiēcia viri iusti notatur in tribus

* Oēs videntes

* Jn ꝑsona aūt viri iusti legit: e ¶ Ego sū vermis ⁊ nō hō ⁊c. Et notank ḣ duo q̄ debet hābre vir iust⁹/ videlicz hūilitatē ⁊ patiētiā. Hūilitas notat ibi: Ego sū vmis ⁊ nō hō. Patiētia ibi: Opprobriū hoīz ⁊c. Et dic duo ex q̄b⁹ hō debet hūiliari: videlicz ꝑpriā fragilitatē ⁊ vilitatē ī quā īcidit hō ꝑ peccatū. Ite secūdo dignitatē quā pdidit. De ꝓmo dic: Ego aūt sū vmis. Job.xxv.b. Hō putredo/ ⁊ filij⁹ hoīs vermis.i.adā fact⁹ ē putredo: ⁊ filij⁹ ei⁹.i. ples tota/vmis.s.a putredie nat⁹. De secūdo dic: f ¶ Et nō hō.q.d.amisi dignitatē quā habuit hō in ꝓma creatiōe: qz fact⁹ est ad imaginē ⁊ silitudinē dei/potēs nō mori/ ⁊ miseria nō affici. Ad silitudinē ęstū ad gratuita: ad imaginē ęstū ad naturalia. Silitudinem amisit: imaginē deturpauit. Luc.x.e. Hō q̄dā descendebat a hierlm ī hiericho.i.a statu illo digno/ī defectū pcti: ⁊ incidit ī latrōes/dęmones: q̄ despoliauerūt eū gratuit: ⁊ plagis ꝑpositis ī naturalib⁹: abierūt/semiuiuo relicto: ecce nō hō. g ¶ Opprobriū hoīm. Hic notat patiētia viri iusti ī trib⁹: videlz ī opprobriis. Uñ dic: Opprobriū hoīm. Jn ꝑsecutionib⁹: Uñ dicit: h ¶ Et abiectio plebis. Jn illusiōib⁹: Uñ addit

Alit moralit in ꝑsona viri iusti

* Oēs videntes

Allegorice genas meas vellentibus:facie meã nõ auerti ab increpãtibus ⁊ cõspuẽtibus in me. Sexto:qz vermis trahit se oze:⁊ christ⁹ ꝑdicatiõe.Greg⁹.Tũc via dñi ad coz dirigik/cũ sermo ei⁹ libẽter audik. Septimo:qz suauiter repit:⁊ christus venit suauiter. Job.ix.b.Si venerit ad me nõ videbo eũ:si abierit nõ intelligã. Vel suauiter.i.ꝑ suauitatẽ. Ps.

Ps.89. Al.†qui cõspiciebant Superuenit mansuetudo et coripiemur. iij.Regl.xix.c.Sibil⁹ aure tenuis ibi domin⁹.Octauo:qz occulte mordet:et christus occulte punit.Osee.v.d.Ego q̃si tinea ephraim. Jone. iiij.c.Parauit dñs vermẽ:⁊ pcussit hederã ⁊ exaruit. a Dñs vidẽtes me. Sup oñdit christũ passũ fuisse duo.s.oꝓzobriũ ⁊ abiectionẽ: modo addit tertiũ/derisionẽ.s.Vñ dic: Dẽs vidẽtes me.s. mali. Et ẽ h̃ accõmoda distributio ꝑ synecdochẽ. b Deriserũt me. Quę derisio significata fuit: Gen.ix.d.vbi chã derisit noe patrẽ suũ nudatũ. Noe christ⁹/inebriat⁹ amoze hũani generis :nudat⁹/ad litterã/in cruce:⁊ derisus a malis filijs.

Tria genera derisionum Sed qz derisio fit mltis modis:ponit tria genera derisionũ. Fit em quędã derisio ꝑ verba q̃ notak/cũ dicit: c Locuti sũt labijs:falsa imponẽdo/falsa ꝓmittẽdo. Matth.xxvij.e. Alios saluos fecit/seipsum nõ põt saluũ facere: ecce falsa ꝓpositio. Si rex israẽ/descẽdat nũc de cruce ⁊ credim⁹ ei:ecce falsa ꝓmissio. Et dicit beat⁹ Bern. Quę ꝓsequẽtia est ista: Si rex israẽs ⁊c. ĩmo si rex israẽs:regni titulũ non deseras. Alia derisio fit ꝑ nutus:de qua subdit: d Et mouerunt caput. Matth.xxvij.e. Prętereũtes autẽ blasphemabant eum/mouentes capita sua ⁊ dicẽtes: Vah qui destruis templũ dei ⁊c. Item est ⁊ alia derisio quę dicik ironia:quando bonũ imꝓzperak. Hac derisione dicebant quod sequik: Sperauit in domino:qõ sic ꝓstrue: Mouerũt caput:supple dicẽtes: Sperauit christ⁹ in dño

Mozaliter * a Dñs vidẽtes me.s.ꝑlati ⁊ litterati. b Deriserũt me. De ꝑmis bene dicit q factus est oꝓzobriũ hominũ: scz principũ ⁊ militũ ⁊ nobiliũ. Inter quos si q̃s deo seruiat/oꝓzobriosus et ignominiosus reputak: ꝓm q dicik.ij. Regũ vj.c.q michol filia saul vidit dauid regem subsilientem atqz saltantẽ coz̃ã domino:⁊ despexit eum in cozde suo. Et postea dixit ei :Qt̃ gloziosꝰ fuit hodie rex/discooperiẽs se añ ancillas seruoꝝ suoꝝ:⁊ nudat⁹ est q̃si si nudek vn⁹ ex scurris. Sic dicerek hodie a multis:si q̃s nobilis vellet se nudare a gl̃ia mũdana vt coz̃ã dño saltaret/ei deuotius seruiendo:cũ tũ sicut dicit Boeti⁹:deo seruire regnare sit. Et Eccl.xxiij.d.Gloria magna est sequi dñm:longitudo em diez assumek ab eo. Et ĩ hoc gloziabak dauid/⁊ alij sancti patres. Vñ rñdit dauid michol: Viuit dñs: qz ludã ante dñm qui elegit me:⁊ ꝑcepit mihi vt essem dux sup populũ dñi israẽ: ludam ⁊ vilioz fiam plus q̃z factus sum:⁊ ero hũilis in oculis meis:⁊ cũ ancillis de quib⁹ locuta es gloziosioz apparebo. Sed rex dauid paucos aut nullos imitatozes nobiles habet/q̃ hanc gloziã querãt. Vñ dr.ij. Machab.iiij.c.Patrios quidẽ honozes nihil habẽtes grecas glozias optimas arbitrabank. Szęcę gl̃ię/sũt mũdanę glorię. De equis ⁊ phaleris:de ebrietatib⁹ ⁊ comesatiõib⁹:de iuriijs ⁊ vindictis ⁊ hmõi/taliũ hoũm est oꝓzobriũ dñs. Ps.

Ps.68. Aduersum me loquebank qui sedebãt in pozta :⁊ in me psallebant qui bibebant vinũ. Vñ ⁊ ipse dñs oꝓzobria multa sustinuit in domo pontificis:in domo prędis:in domo herodis. Et abiectio plebis.i.minoꝝ qui abiecto suaui ⁊ leui onere dñi:dispsi sũt ꝑ egyptũ ad colligẽdas paleas terrenoꝝ:Exo. v.b.A minoze em vsqz ad maiozẽ oẽs auaricię studẽt: Hiere. vj.c.Sap.iij.c.Qui neglexerit iustũ:⁊ a dño recesserũt:sapiẽtiam em ⁊ disciplinã qui abijcit infęlix est. Hi sũt diuites hui⁹ mũdi/qui obturãt aures suas sicut aspis/ ne audiant veritatẽ:

Ps.57. De q̃b⁹ Ps.Furoz illis ꝓm similitudinẽ serpẽtis/sicut aspidis surdę ⁊ obturãtis aures suas: vnam.s.terra: ⁊ aliã/cauda: Sic diuites obturãt vnã aurẽ ẽra.s.amoze ẽrenoꝝ:⁊ aliã cauda/hoc est sequela parentũ ⁊ ꝓmoꝝ siue ꝓpinquoꝝ: De q̃bus dicit Seneca: Vel muscę sequunk cadauera lupi:ꝑdã sequik turba ista ⁊ nõ hoiez. a Dñs vidẽtes me deriserũt me. Vidẽtes/sunt ꝑlati ⁊ ecclĩastici viri:q̃ deberẽt esse oculi ecclesię. Matth.vj.c.Lucerna corporis tui est oculus tuꝰ.i. ꝑlat⁹ ⁊ doctoz ecclesię.i.Regl.ix.b.Olim in israel sic loquebak vnusq̃sqz vadẽs cõsulere deũ: venite eamus ad videntẽ. Qui em ꝓpha dr̃ hodie/vocabak olim vidẽs. De his q̃ dicit: Dẽs vidẽtes me.i.omẽs ꝑlati ⁊ doctozes:nullũ excipit:

Qualiter Prelati qui dicuntur videntes sine oculi ecclesie christum derident

b Deriserũt me. Deridet valde dñm: qui ouẽ quã ipse ꝓpriis humeris reportauit/ad custodiẽdã et pascendã susceptam/tondet/⁊ lupo strangulandã dimittit: Sic faciũt/q̃ curã aiaꝝ suscipiũt:et postmodũ de salute earum non curãtes/vellera ⁊ pelles temporalium extrahunt quantũ possunt. De quibus dicit beatus Bern. Quem dabis de numero ꝑlatozum qui nõ magis inuigilet euacuandis marsupijs q̃z vitijs extirpadis. Quibus dicitur Esa.xxxiij.a. Vę qui ꝑdaris/nõne ⁊ ipse ꝑdaberis:Et vę qui spernis/nõne ⁊ ipse sperneris:Nõ enim sũt tales pastozes ouium/sed ꝑdones: non serui domini/sed contemptores: Hoc est: Deriserunt me. Legimus Job. xix.a.quomodo illuserunt ei milites: quia scilicet imposuerunt capiti eius cozonã de spinis: ⁊ induerũt eum veste purpurea:⁊ dicebãt ei: Aue rex iudęozũ:⁊ dabãt ei alapas. Per spinas intelligunk diuitię: sicut dominꝰ dicit Matth.xiij.c. Per vestẽ purpureã:fastꝰ vestiũ/equoꝝ/supellectilis/⁊ cęteroꝝ apparẽtiũ. Spinis istis cozonãt dominũ:⁊ purpura vestiũt prędati ecclesię :qui cõgregantes et reseruãtes diuitias/pompam vestiũ /equozũ cęterozũq̃z sectantes: hęc dicunt se facere ad honozez dñi et ad ecclesię honestatẽ. Deut.xvij.d. Cum fuerit rex cõstitutus /nõ multiplicabit sibi equos: non habebit vxozes plurimas:neqz argenti ⁊ auri ĩmensa ponderа. Dicũt ei/Aue/quãdo cantãt in ecclesia/vel ppl̃o ꝑdicãt: Sed manu dãt ei alapas/cũ ꝓtraria operank. Matth.xxiij. a.Quę dicunt facite ⁊c. Unde q̃ sic fiat ista illusio/ declarat dominꝰ/subdens: c Locuti sunt: cantando/ꝑdicando: d Labijs:et mouerunt caput:mentẽ rebus caducis ⁊ mobilibus ꝑ amozẽ copulando. Hoc est qõ dicik Esa.xxix.d Appropinquat ppl̃us iste oze suo/⁊ labijs suis glozificat me: coz aũt eius longe est a me. Caput autẽ ⁊ coz siue mens /pro eodem accipiunk. Mouent ergo caput.s.a deo: quia mentẽ in mobilibus ponũt. Unde hęc fuit pęna cain q̃ occidit abel: scz tremoz capitis. Cain possessio:abel luctus iterptak. Sed in prędatis amoz possessionũ interficit luctum: quãdo intenti tẽpozalib⁹/ꝑ peccatis subditozum plozare non curant. Et in pęnã huius interfectionis habent tremozẽ capitis:id ẽ animi dispersionẽ in ꝑsenti:qõ tũ nõ est nisi signũ vel initiũ pęnę futurę: vbi erit fletus ⁊ stridoz dentiũ: Matth.xxv.c. Et petit christ⁹ ab his liberari:cui⁹ liberatio eẽt eoꝝ ꝓuersio. Vñ dic:

* Qm̃ tu es

Alit mozaliter

a Omnes vidẽtes me deriserũt me. Primũ aggrauat per hoc qõ dicit: Hominũ: quasi rationalium et sapientiũ:quorum verba magis ponderosa sunt ⁊ oꝓzobria magis intolerabilia. Secundũ per hoc quod dicit: Plębis. Plus enim aggrauat hominẽ/ quãdo a vilioribus abijcitur. Tertiũ per hoc quod dicit: Omnes videntes me. Aliquod enim esset remediũ si aliquem cõsolatozẽ haberet. De duobus primis: Lucl.vj.d. Beati eritis cũ exprobrauerint vobis homines:⁊ eiecerint nomẽ vestrum tanq̃z malum propter filiũ homis ⁊c. De tertio: Job.xij.a. Deridek iusti simplicitas. Quõ autẽ deridek subiungit: c Locuti sunt labijs et mouerunt caput.q.d.verb ⁊ signo quod sequik: Sperauit in domino ⁊c. Et in hoc tanto plus cõmendatur patiẽtia viri iusti:q̃nto maioz ostendik derisio:Quę in pluribus aggrauatur. Primo in eo q fit ab omnib⁹. Unde dicit : Omnes. Secundo in eo q fit statim cum videtur. Unde dicit: Videntes me. Nec expectak quousq̃z audiak verbũ eius vt fieri solet. Job.xxj.a.Sustinete me vt et ego loquar:⁊ post mea si videbitur verba ridete. Tertio in eo q non solum deridetur risu:sed et verbo:ibi: Locuti sunt labijs. Quarto:quia etiam fit motu capitis/ quod maius est: ibi:Et mouerunt caput. Quinto:quia nõ deridek propk stulticiã/ vel propter malum quod faciat: sed propter bonum

Deriso quis aggrauatur

scz quia sperat

a ¶ Sperauit: christus: b ¶ In dño: deo patre. c ¶ Eripiat eum: de manib⁹ nris. d ¶ Saluũ faciat eum. i. resuscitet eũ. e ¶ Qm̃ vult eum: vt ipse dicit. Sap. ij. d. Si verus filius dei est/suscipiet illũ: ⁊ liberabit illũ de manib⁹ cõtrariorꝝ. Matth. xxvij. c. Cõfidit ī deo: liberet nũc eũ si vult: dixit enim: qꝛ filⁿ dei sũ.

f ¶ Qm̃ tu es q̃ ⁊c. Supra ostẽdit christ⁹ quę passus ē a iudęis: Hic autẽ petit ab his liberari et ꝓtegi a patre/ cũ dicit: Ne discesseris a me: Usq̃ ibi enim pendet cõstructio. Sed ꝓmo ponit causas: ⁊ allegat rationes/ q̃re dñs pater debet eum ꝓtegere. Primũ q̃ allegat/ est dignitas natiuitatis. Unde dicit: Ne discesseris a me: qm̃ tu es qui extraxisti me de ventre matris meę. Cõcęptũ sine carnali ꝓcupiscẽtia: extraxisti de ventre matris ꝑginis/manẽte ĩtegritate ⁊ pudicitia. Eçech. xliij. a. Porta hęc clausa erit/nõ aperiet̃/ ⁊ vir nõ transiet ꝑ eã: qm̃ dñs deus isr̃l ingressus est ꝑ eã. Ingressus in vterũ in cõcęptiõe: ingressus in mũdũ in natiuitate. Secũda causa est cõfidentia/quam allegat/subdẽs: g ¶ Spes mea ab vberib⁹ matrl̃ meę: supple tu es. Ab vberib⁹ matris meę. i. ꝓ humanitatẽ q̃ suri vbera. Cantl̃. viij. a. Quis mihi det fratrez meũ sugentẽ vbera matris meę: Lucl̃. vj. d. Beat⁹ vẽter qui te portauit: ⁊ vbera q̃ suristi: Mã ꝓ deitatẽ non est pater spes filij. Tertia causa quã allegat/ē ĩmunitas a pctõ. h ¶ In te ꝓiect⁹ sum: vel iactat⁹/ vel ꝓfirmat⁹ ex vtero. Nos ꝓ̃cimur ī irã in vtero ⁊ ex vtero: qꝛ oẽs cõcipimur ī pctõ/et nascimur filij irę: Christ⁹ ꝓo ꝓiect⁹ ē vel cõfirmat⁹ ī deũ ex vtero: qꝛ sine pctõ ꝓcępt⁹ est: ⁊ nat⁹ fons gratię. Geñ. ij. a. Homo nõ erat q̃ oparet terrã. s. beatã virginẽ: sed fons ascẽdebat de terra. s. christ⁹ fons gratię: q̃ nascẽs de virgine/ascẽdit de terra: non descẽdit vt peccatoꝛ. Quarta causa quã allegat/est amoꝛ dei ab instãti cõcęptiõis. Uñ subdit: i ¶ De ventre matris meę deus me⁹ es tu. De ventre. i. ab instãti cõcęptionis. Per hoc q̃ dicit: deus me⁹/notat amoꝛ. Vl̃ sic/ Tu es deus me⁹ de vẽtre matris meę. i. ꝓ hũanitatẽ quã de matre traxi. Mã ꝓ deitatẽ nõ dicit̃ pater deus filij: sed pater filij/ ⁊ idẽ de⁹ cũ filio. Propter hoc ergo: Ne discesseris a me: m ¶ Qm̃ tribulatio ⁊c. Supra allegauit dignitatẽ. s. q̃ dign⁹ erat vt liberaret eũ ⁊ cõfortaret pat: Hic aũt allegat articulos necessitatis duos. Primⁿ est: Qm̃ tribulatio ꝓxima est. q. d. necesse habeo vt nõ discedas a me: qm̃ tribulatio ꝓxima est. s. in corꝑe meo in q̃ crucioꝛ vsq̃ ad mortẽ. Prope in cõtumelijs: ꝓpioꝛ in iniurijs ⁊ damnis: ꝓxima est in flagellis. Vel/ Proxima. i. in ꝓximo tpe ⁊ loco. Uñ Matth. xxvj. e. ✠ in fine oꝛonis

